albedo per hoc ꝟbū albere. Calor em̄ ꝛ calere idē sunt ꝙtū ad ꝑncipale significatū. Lux etiā ꝛ lucere idem sunt. quia vtrūqꝫ importat ipsaꝫ formā lucis. sed nomē qđ est lux per moduꝫ ꝑmanētie. lucere aūt qđ est verbū per modū actus cuiusdā ꝛ fluxus. et ideo cū lucere sit cōcretū ꝟbale. significat quidē ipsaꝫ formā lucis per modū act⁹ fluētis in subiecto ipm̄ sbiectū cōnotādo. Vn̄ lucere nihil aliud est ꝙ̄ lucē habere et in actu lucis esse. Operatio ḡ ꝓut abstrahit ab actiōe ꝛ factiōe ꝯuenit actui formali q̄ est lucere. vn̄ lucere pōt dici operatio ꝛ nō actio vel factio ꝓprie loquēdo. qꝛ nihil est facere actiue sed est ipsa forma. Vn̄ nomē opatiōis ꝯuenit isti actui formali. Ptꝫ ḡ que est differētia inť actionē ꝛ factionē ꝛ opatiōeꝫ. qꝛ factio est ꝓprie artiū mechanicaꝝ ꝛ artificialiū. Actio aūt est potētiaꝝ ꝛ sbiectoꝝ naturaliū ꝛ artiū materiā ad vsum solū assumētiū. Operatio vltra h̄ est actuū formaliū. quoꝝ ꝓprie nō est factio nec actio. aliqn̄ tn̄ vsus loquētiū accipit vnū pro alio. et tūc summūť equoce. sicut q̄ diceret ꝙ pictor faceret parietē albū. et albedo facit parietē albū. qꝛ ibi facere equoce sumiť. Pictor em̄ facit parietē albuꝫ effectiue. et hoc est facere ꝓprie. albedo aūt facit parietē albū formaľr. ꝛ hoc est facere imꝓprie. qꝛ h̄ nihil alđ est ꝙ̄ parietē hr̄e actū albedinis. vel actu hr̄e ipsam albedinē. vel esse in actu albedinis. qđ est albere. que om̄ia idem sunt realiter.

### Quid est operatio manens ꝛ transiens.

Secūdo vidēdū est q̄d sit opatio manēs ꝛ trāsiēs. Ad qđ dm̄ est ꝙ cōis positio est h̄ ꝙ opatio manēs ꝛ trāsiēs sic sumūť. Qꝛ opatio manēs est que manet in operāte ita ꝙ nō trāseat in exteriorē materiā. sic intelligere. velle. lucere. ꝛ hmōi. Sꝫ operatio trāsiēs est illa q̄ ab operāte trāsit in exteriorē materiā in qua ~~suspiciat~~. sic calefacere ē trāsiens qꝛ trāsit in materiā ligni et illuminare ꝛ domificare. Vn̄ breuiter om̄is actio q̄ ab agēte recipiť in aliq̄ materia inꝙ̄tū actio trāsit dꝛ trāsiēs. Quāuis ḡ hec sint dicta cōta

suscipiat

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-i-34/0220
TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG